



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

Secundus modus meditandi, de septem effusionibus sanguinis: ad
detestanda peccata.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

IV. Applicationem ad se faciet meditant, examinando, an easdem virtutes, & cum talibus difficultatibus, exercuerit: & quid factururus sit in posterum.

II. *Modus meditando de septem effusionibus sanguinis: ad detestanda peccata.*

I. Considerandum, quàm pretiosum & copiosum sanguinem in proposita effusione Christus profuderit, ut peccatorum sordes elueret.

II. Quanta peccatorum foeditas ac turpitudine debeat esse, quibus eluendis tam pretiosus atque copiosus sanguis profundendus erat.

III. Quàm deceat igitur, ut homines peccata tam turpia cum horrore detestentur.

IV. Vtrùm ego cum horrore hucusque peccatorum turpitudinem detestatus fuerim, & quomodo deinceps detestaturus sim.

Septem autem effusiones sanguinis hæ sunt. I. in horto, cum sanguineum sudavit sudorem. II. in domo Caiphæ, cum vapulavit à ministro. III. in Flagellatione. IV. in Coronatione. V. in abstractione vestium. VI. in Crucifixione. VII. in Lateris apertione.

III. *Modus meditando de pœnis quinque sensuum corporis Christi: ad compatiendum Christo.*

I. COR-